

aliquid operatur in his casibus, ut suis locis diximus. Et etiam quando lex in aliquo casu determinato jubet cautionem praestari, ut in edicto praetoris secundum 151. 1. Rubr. ff. ut legatorum seu fideicom. nomine caveatur. quoniam ejus praestationem non suspendit appellatio subsecuta, text. elegans in ratione sui, in l. postquam §. imperator, ibi, Imperator Marcus Anton. Julio Balbo. rescriptit, cum, à quo res fideicommissae petebantur, cum appellasset, cavere, &c. rectè placuit Principi; post provocationem quoque fideicommissi cautionem interponi, quod enim ante sententiam, si petitionis dies moraretur, fieri debuit: amitti post victoriam delata petitione non oportuit, &c. ff. ut legat. seu fideicommissi. 16 nom. cavea. ex quo text. & unam communiter eliciunt Doctores conclusionem: ut omne illud quod licitum est fieri ante appellationem, & ipsum etiam libet illa pendente, ut est videre per Bart. in l. furti §. 1. in princ. ff. de iis qui nota infra. Alex. in rubr. ff. nihil novari. Marant. de ord. judic. 6. p. tit. de appell. n. 164. Corsetus in singul. verb. app. incipit regula in 6. lim. & per dictum text. qui secundum Dylum ibi, nu. 1. alibi hanc format conclusionem Vitall. de claus. in claus. nihil novari appell. pen. sub n. 1. vers. item fallit. multos citat, multaque exempla adducit in comprobationem. Lancel. de attent. 2. p. cap. 2. lim. 1. 5. per totam.

17 Et hujus nostrae doctrinae, scilicet; appellationi non esse deferendum interjecta ab eo, quod sit secundum juris & canonis & dispositionem, aut iudice eam exequente, rationem libentissimè reddam, quia quando lex super aliquo casu determinato aliquid disponit, & 18 fieri, jubet jam ipse casus videtur ab ipsa lege determinatus, & sententiatus, ex sententia ab ipsa lege lata, & ideo quando in tali casu appellatur, potius ab ipsius juris dispositione censetur appellari, quod utriusque nec permittitur nec admittendum est, Bart. & omnes in l. omnes populi à n. 53. & supra ff. de justitia & jure: Bobadilla in polit. l. 3. c. 8. n. 278. litera B. ad fin. Bernard. Diaz. in regul. 675. Gratian. in regul. 35. idem in reg. 171. & sic iudex qui id quod lex mandat, obtemperans exequitur, nihil non facit, sed est minister & executor legis, ergo cum ab ipsa sententia legali, & legis dispositione, ac determinatione non sit licita appellatio, pariter nec ab ejus executore & executione, & latè comprobant Gratian. Rebuff. & Marefcot. post alios locis proximè citatis num. 12. quia actus non attribuitur ge- renti, sed mandanti, ut alibi in simili proposito latius diximus pluribus comprobantes, nempe 2. p. c. 3. per totum.

19 Nam certum est, quòd quando à sententia aliqua, vel quia est privilegiata, vel quia transit in rem judicatam, sint vel tres conformes; appellatio non admittatur, pariter nec ab ejus executore, & executione, l. ab executore, ff. de appell. ab executione, C. quorum appell. non recip. l. executorum, C. de appell. optima l. quoniam iudicis ibi, appellationem suscipere recusat, quae non contra executionem, sed adversus sententiam, &c. de appell. & facit l. si qua poena, ff. de verbo signific. nam taliter appellans ab executione facta vigore rei judicatae, obligationis cameralis aut quarentigatae, praesupponit antecedens validum: à quo executio dependet, & negat consequens; scilicet, illorum executionem, & sic nihil agit; ita eleganter dicit Geminia conf. 99. incipit super primo, n. 3. allegans ad id Joan. Monachum, Gallesius in tr. de Camerali 30. p. in c. de questionibus variis post processum incidenti, nu. 3. cum tribus seqq. Marq. de comm. 2. p. c. 2. nu. 11. Hier. Gonz. in regul. de mensib. gl. 9. in annot. n. 221.

21 Altera etiam ratio est quoniam isthaec appellatio ab hujusmodi sententia legali interjecta est contraria juri, ac ideo dicitur frivola, frustratoria, & calumniosa, quae nec est admittenda, nec ei deferatur, nec causat attentata, probat text. in c. pervenit, ibi, frustratoriae

dilationis causa de appell. juncto text. in d. c. relatum, de clericis non resd. & probat expresse dicta decisio Rotae 310. apud Seraphinum supra relatum Geminia. & Abb. in c. consulti 3. de appell. Socin. conf. 39. col. 6. in 4. vol. Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de appell. n. 171. & cum illi resistat jus, cujus praesumptionem contra se habet, ap- 22 pellatio non permittitur, & licitum est iudici ad ulterio- riora procedere, Rota dec. 234. aliàs 35. de app. in novis, incipit si Rector. Alciatus conf. 58. incipit gubernatorem, n. 9. vol. 6. optime Caputaq. dec. 328. 1. p. n. 2. & per to- tam. Mandos. in tract. de monitoriis q. 77. per totam, ubi dicit; aliquo appellante à monitorio, ut intra aliquod tempus accedat ad residendum beneficium, appellatio- 23 ne non obstante: potest Episcopus ad ulteriorem juris executionem procedere, quia huic tali resistit jus com- mune, ejusque recursum, appellationi, & reclamationi, ac ita non audiatur, & idem Alciatus in conf. 3. incipit in hac n. 2. & seqq. lib. 6. ubi dicit, quod interposita ap- 24 pellatione à correctione, quia ei jus commune resistit, & contra appellantem praesumitur, attentata non sint revocanda, & facit quod dicit Anchar. conf. 410. nu. 7. & 8. Tuscus conf. 397. 1. tomo, quòd appellatio quae interponitur à canonico super honesta correctione ap- 25 posita per Capitulum, cum sit frivola, potest Capitulum (ea spreta) ad ulteriorem executionem devenire, & ideo de appellatione à correctione facta per ordina- rium, ut pariter tanquam frivola deferre non teneatur, probat expresse Trid. sess. 13. c. 1. ad fin. & ideo appella- 26 tio dicitur frivola interposita ab interlocutoria expres- sa minus legitima causa, vel expressa aliqua reprobata à jure, Corneus conf. 193. pro dec. primi in fin. nu. 17. Scaccia de app. q. 2. sub n. 48.

Quia quando appellatio est juri contraria, con cau- sat attentata, probat, ultra supradictos Bald. referens Joan. And. in Novella in c. ff. co. 1. quo tempore miles, & secundum Innocentium in c. bona, de app. Greg. Lop. in l. 26. tit. 23. gl. 5. ad medium, quemadmodum, & è converso appellari licet à denegante beneficium con- cessum per jus commune, quia ubi denegatur obser- 27 vantia juris communis, ibi inferitur gravamen, ita per Bald. conf. 378. nu. 2. lib. 5. tenet Card. Tuscus 1. tom. concl. 359. tit. de app. ab interloc. an admittatur & quan- do, n. 39. litera A.

Deinde & aliam rationem reddamus, nam cum ap- 28 pellatio innitatur justitia, Marth. de Afflic. dec. 341. n. 4. etiam causa immediata appellationis est injustitia, in- 29 juria, & gravamen c. suggestum in fi. c. cum cessante, de appell. Petrus Surd. conf. 102. n. 13. 1. p. ac ita tunc di- citur frivola; quando interponitur sine legitima causa, ut 30 quia appellat, ubi non est gravatus injustè & tunc di- citur, vana, & inanis, ut per Geminia. dicit Marant. de ord. judic. 6. p. de appell. num. 336. jus enim neminem gravat, imò jus & injuria opponuntur invicem, l. me- 31 minerint. C. unde vi, l. 2. C. de indic. vidui. tollen. l. 1. C. de iis qui veniam atar. impetran. c. 2. 16. q. 6. pariter atque nec juris executio, nec iudex exequens, quia facit lege permittente, c. qui peccat. 23. quest. 4. l. Gracchus, C. de adulteriis, ergo non poterit appellari, & hanc rati- onem ita tradit Abb. in d. cap. consuluit et tertero sub n. 3. de appell. cujus supra meminimus, probantis nos- tram conclusionem. Pro quo facit, quia juris executio non habet injuriam l. injuriarum, & §. 1. ff. de injuriis, l. quemadmodum, l. Magistratus, ff. ad legem Aquil. Prosp. 32 Farin. in tract. praxi crim. 1. tom. q. 5. sub n. 17. ubi etiam dicit, quod compulsio necessaria & probabilis actum non novitiat, per l. 1. ff. si quis omnia causa testam. gl. in l. interdum ff. quod falso tutore autore, & hoc etiam pertinet, quod dicit l. si. in fi. de appell. recip. ibi: item quominus pignus vendere liceat appellari non possit: nam cum haec facultas liberè sit creditori à jure per- 33 missa, putà quando creditor adivit iudicem, & per sententiam judicialem expectato biennio obtinuit dic- tam

Etiam licentiam, vel aliter per denuntiatione, juxta text. in l. fin. §. fin. autem el. 1. C. de jure domini impetr. ac jure suo utèdo creditor neminem gravat, qui etiam jure suo utitur nemini facit injurià, ex regula juris, ut per gl. in d. l. fin. verb. vendere ff. de app. recip. ubi B. & ceteri, vide quae circa pignoris venditionem dixi infr. 4. p. c. 7. ad fin.

34 Et hinc venit, quod inquit Joan. Garcia tr. de nobilitate gl. 11. §. 1. n. 9. quòd quotidie in supremis tribuna- libus dantur mandata Regia, vulgò provisiones ordi- nariae contra particulares iudices ipsis inauditis; quia nulla excusatione vitari possunt, etiam illis partibus contradicentibus, nec unquam interponitur supplica- tio ab ipsis mandatis, & si quis supplicationem inter- ponat: tum punitur, tum non auditur, reddit rationem ipso Garcia in comprobationem, quia à praecocepto le- gali non est licita appellatio, gl. in c. consuluit, de app. ubi Abb. n. 3. lex enim neminem gravat, ac subinde nec exequens ipsum jus, ex d. c. qui peccat. 23. q. 4. d. l. Grach.

35 Quare cum isthaec appellatio juri contraria sit, ac jus- titia destituta, & ejus fomento careat, minus legitima reputatur, enim vero appellatio quae caret effectu, & non habet adminiculum juris, non impedit executionem, docet Bald. in c. pastoralis col. 2. de off. deleg. Ill. in 36 conf. 187. col. 6. vers. ubicumque. Roland à Valle conf. 77. n. 21. vol. 2. tom. 1. & rectissime frivola dicta est ex su- pradictis, quia quemadmodum corpus, quod caret ani- ma, & spiritu vitali, frigidum manet; ita appellatio, quae caret jure, cujus est propria vita, & scientia, ut frivola mortua censenda est. Quae declaratio appella- tioni frivola magis quadrat, quam tradita à Budæo in annot. ad Pandect. ad l. solutam de pignorat. actione, ut frivola esse dicantur, quae infirma, & fragilia sunt, & 38 ex ejus descriptione etiam apparebit, atque cum justitia careat, justè denegatur delatio, imò appellatio frivola dicitur inanis, & vana, Maranta in Specul. 6. part. actu 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, n. 347. Scaccia 39 de app. q. 2. n. 48. ubi etiam dicit ad fin. verbum frivo- lum importare caducum, vel inutile, Geminia, in d. cum app. n. 5. de app. in 6.

40 Cum appellationibus frivolis nullus deferat, nec sit à iudice deferendum; cum appellationibus frivolis, de appellat. lib. 6. imò talis appellatio manifestè frivola, & calumniosa potest regulariter à iudice rejici, & (ea non obstante) ad ulteriora procedere absque attentatorum vitio. Bart. in l. 1. §. interdum, ff. à quibus appellare non licet Felin. in c. de cetero n. 11. de re judic. & in c. licet cau- sam, n. 5. de probationibus. Specul. in tit. de appel. §. nunc dicamus, num. 8. vers. item appellatione pendet. Andreas Barba. in addit. ad Bald. in vers. habet locum in cap. 1. §. sancimus tit. quo tempore miles investi. pet. deb. Innocent. in c. dilecti de exceptio. Idem Innocent. & Bald. in c. pastoralis de off. delegat. Abb. in c. consuluit el. 3. de appel. Philip. Franc. in c. ut debitus num. 47. de appell. Socin. conf. 39. col. 6. lib. 4. Guido Papae dec. 213 statuta n. 6. & in tract. de appell. q. 12. Marant. de ord. jud. 6. p. tit. de app. n. 171. Auferens in additio. ad dec. Tholos. 500. quae est fin. ad med. Anton. Corsetus ad singulari. verbo appella- tion. incipit, regula est, vers. limit. 2. seqq. Vantius in tr. de nullit. in tit. quoties & intra quod tempus num. 48. & tit. de mill. ex defectu jur. ordinari. sub n. 142. post Rotam dec. 75. aliàs 356. nota quod de appellat. in antiq. Eguid. dec. 239. incipit in causa. Patius conf. 49. ad primum n. 21. lib. 4. Carreus in praxi crim. in 1. tract. de appell. non recipien. ad l. observare curabis in princ. n. 7. & 8. C. quorum appell. non recip. Contard. in l. unica C. si de mom. possess. fuer. appell. in 7. lim. nu. 41. & seqq. Bertazola in 41 conf. 404. n. 1. & ibi in addit. vol. 4. & in eisdem in addit. conf. 384. l. A. eod. vol. 4. & in terminis, ut hujusmodi ap- pellationi frivola iudex Ecclesiasticus non deferens vim nullam committere dicatur, notat noster Gasp. Rodr. in tr. de redditibus annuis lib. 1. c. 17. n. 67. & noster Perez de Lara in tract. de annivers. & Cappell. lib. 2. c. 11. sub n. 8. Salgado de Protect. Reg.

Et cum à jure, non omnes modis quibus cognoscitur, & detegitur calumnia appellationis frivola, potuerunt diffiniri: propterea iudicis arbitrio esse hoc remissum, scripserunt Marfil. in l. questionis modum n. 45. ff. de q. Men. de arbitr. jud. lib. 2. casu 197. n. 7. Caesar. Contard. in repet. l. unic. C. si de mom. poss. fuer. app. n. 40. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. in 6. lim. n. 3. & seqq. Claud. Bertazzo. ad consil. Bertazoli parisi, 348. in add. lit. A. quapropter si iudex (cum ejus arbitrio hoc sit relictum) 43 arbitratus fuerit appellationem in aliquo casu frivo- lam esse, & calumniosam, ea non obstante, ad executio- nem procedere potest, ut loquendo in appellatione à decreto torture, scripsit Bajardus ad Clarum in q. 64. nu. 85. ubi affirmat, ita servari in statu Ecclesiastico, allegat. Foller. in pract. crim. in 3. p. princ. n. 50. Prosper. Farin. in tr. crim. tom. 2. q. 38. n. 27. vide n. 57. quomo- do hoc arbitrium sit regulandum.

Illud tamen potissimum iudex in ea discernenda pra- 44 oculis est habiturus, in quo omnes conveniunt; ut il- la regulariter dicatur frivola appellatio, quae prodesse nihil potest, nec ullum unquam juris effectum sortiri, ita eleganter Geminianus in c. cum appellationibus frivo- lis col. 2. vers. quæro quid importet, &c. de appellation. lib. 6. Philipp. Franc. ibi in princ. Geminianum referens sequi- tur Marant. de ord. judic. 6. p. tit. de appellat. n. 336. & per Joan. Andr. in clem. si ante, de dolo & contumacia. Rota dec. 58. aliàs 417. si appelletur n. 5. de appellat. in novis. Rebuff. in comment. super concord. Franch. in rubr. de frivolis appellat. Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. n. 3. & 4. Menoch. de arbitr. jud. 97. lib. 2. cent. 2. n. 5. & 6. (ubi egregie agit de hac dictione, frivola) & per Geminia. sequitur Manuël. Rodrig. in quest. regul. tom. 1. q. 8. art. 13. & ex Francho & Maranta sequitur remissivè ad eos no- 45 stras Gaspar. Rodr. in tr. de annu. reddit. d. lib. 1. q. 17. nu. 67. & 68. & hoc etiam in effectu sentit Rolandus à Valle vol. 2. conf. 77. n. 21. tom. 1. dum ex aliis dicit, quòd 46 appellatio, quae caret effectu, & non habet adminicu- lum juris, non impedit executionem. Et convenit quod dicit Scaccia de appel. q. 2. n. 50. ad fin. quòd appellatio calumniosa dicitur non solum illa, quae in ejus inter- positione apparet talis, sed etiam quae talis desegitur in fine causa.

Et hoc principaliter potest constare, & apparere ex 47 causa proposita in ipsa appellatione, quae quidè utriusque attendenda est, ut rei qualitas cognoscatur, an frivola, frustratoria, ac calumniosa sit, probat Contard. in d. l. unic. C. si de moment. poss. fuer. appell. in 1. p. n. 35. & sequi- 48 tur Prosper. Farinac. ubi sup. n. 27. in princ. Etenim illa dicitur frivola appellatio ab interlocutoria; scilicet; in qua nulla exprimitur causa, vel exprimitur minus legitima, seu est reprobata, aut falsa, & quando inter- ponitur sine legitima causa, ut puta, quando quis non gravatur, Corneus conf. 193. pro decisione primi dubii in fin. n. 17. lib. 2. Franc. in c. ut debitus honor. n. 2. de appellat. Maranta in specul. 6. part. actu 2. in verbo, & quandoque app. n. 327. fol. 509. Caesar. Contard. in l. unica q. 1. num. 27. Scaccia de app. q. 2. n. 48. & lib. 1. causaru civ. c. 97. n. 85. Contar. in d. l. unica q. 4. n. 14. Philip. Franch. in d. c. ut de- bitus honor. n. 11. vers. secundo tenementi, de app. Scaccia de q. 2. n. 47. & sub n. 48. dicentes, quòd appellatio legit- 49 ma illa dicitur, quae interponitur ex tali causa, quae si esset probata, reputaretur causa legitima, aliàs autem ab interlocutoria non tenet.

Et ideo per contrarium dicit Marant. ubi sup. tit. de 50 appell. sub n. 345. ubi dicit per Philip. Franch. in c. con- suluit el. 3. & in c. de priore, de appell. quòd licet ab actu, qui sit secundum legem, & juris dispositionem, & cano- nicas sanctiones; iudicèque eas exequente: non lice- ret appellari: tamen si in appellatione inferatur talis causa rationabilis, per quam specialiter in illo casu ad- mitti deberet: pariter atque etiam & ipsa appellatio admittitur, quod declara, ut & nos alibi commodiori

loco explicamus, quod pluribus comprobatur exemplis Contard. & quando apparet evidenter esse calumniosam, & frivolam: tunc rejiciendam, cum in nulla instantia quocumque vadat (jure attento) potest effectum sortiri, jus siquidem est certum, & universale, & ubique idem operatur, ex his quae late Felin. in c. exceptionem n. 40. de except. Menoch. de arb. judic. lib. 1. q. 53. n. 6. & 9. & vide inferius n. 63. & seqq.

52 Quoniam qui frustra aliquid facit, nulliter facit, etiam ipso jure; voluit Bart. in l. penult. §. crimen in fin. & ibi clarius Imola ff. de publicis judiciis. Salicetus in l. quamvis, C. de adulteris Dominicus post Joan. Andr. in c. 1. col. ult. in princ. de accusat. lib. 6. Panormit. in c. veniens col. fin. & ibi Aret. eod. tit. Panorm. in c. quia frustra col. 2. de usuris 4. Fulgos. cons. 150. quidam civis col. penult. vers. rursus & 3. Aret. in l. verbis civilibus, per illum text. & ibi Ill. in 2. nota. ff. de vulg. & in l. centurio col. 9. cod. ubi etiam dicit hanc dictionem (frustra) significare deesse potentiam faciendi, & ibi quoque Ill. col. 10. vers. in ea gloss. ibi, ut modò Alexand. in l. cum eo que & ibi Ill. ad fin. & Jac. à S. Georgio C. de transact. Barba in c. prudentiam, de off. deleg. & cons. 454. scribitur apud Prophetam, col. 2. lib. 1. Alexand. in l. 1. §. si quis ita col. 2. in princ. & ibi apertius Curtius senior in additio. ipsius ff. de verb. oblig. Felin. in c. Rodolphus col. 2. 1. vers. frustra aliquid fieri, de rescript. Corsetus singulari, verb. nihil agit, & probat text. in l. si tutor. C. in quibus causis in int. rest. non est necessaria, l. in dubium C. de turo. vel curat. qui non satis, & in l. ex consensu §. cum prator. ff. de appell. & in l. si causa, C. de transact. l. intel. §. impuberi, ff. de rest. tut. juncta l. 1. C. cod. & l. juris prator. §. ult. ff. de excus. tut.

54 Et tunc illo in casu iudex arbitrabitur, appellationem esse frivolam, calumniosam; quando videbit in processu, apparere legitima ad torquendum indicia, & ea non fuisse purgata in termino concessio reo ad faciendum suas defensiones, ut & bene considerat Carrelius in pract. 1. tract. de appell. ad l. observare curabis, C. quorum appell. non recip. §. vigesimus primus casus est n. 2. & melius per Foller. in pract. crim. verb. & si constiterint in 3. p. sub n. 50. vers. quod puto esse, & est de mente gloss. in l. 2. ff. de appell. recip. in verbo si contra. Cyril. in summa crim. rubr. 31. de appell. §. fin. n. 2. in fin. fol. 170. col. 1. Prosper. Farinac. ubi supra 2. tom. q. 38. n. 28. qui n. 30. late examinat, an hoc casu iudex debeat esse certus de calumnia appellatione; an sufficiat, esse in dubio, an frustratoria sit, vel non?

55 Enimvero supposita à nobis tradita conclusio; ut appellationi frivola iudex non deferens vim facere non dicitur, cum eam possit rejicere, & ea non obstantem, sine attentatorum vitio queat ad ulteriorem executionem procedere: est utique intelligenda, & declaranda, ut locum habeat, quando appellatio evidenter est frivola & calumnia, secus in dubio, sive dubium sit juris sive facti. Ita Innoc. in c. pastoralis sub n. 3. vers. ad hoc, & ibi Bald. n. 3. de off. delegat. Ill. in l. 1. in 1. not. C. de honor. poss. secundum tabulas, & in l. praeses, n. 4. de re jud. Philip. Franc. in c. à iudic. c. 5. de appell. in 6. ultra eos, quos allegat & sequitur Contard. d. l. unica C. si de moment. poss. q. 1. n. 41. cum seqq. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 6. num. fin. allegans Ill. in l. praeses n. 4. ff. de re judic. Afinium in praxi jud. §. 3. limit. 2. n. 8. in fin. plures (loquens specialiter in appellatione à tortura) vide per Farinacium loco proxime citato, & vide Contard. ibi, qui declarat, quando appellatio dicatur evidenter, & notorie calumnia & frivola.

57 Et ideo cum nuper diximus, quam esse appellationem frivola & calumnia, relinqui arbitrio iudicis, dicit Scaccia tractatu de appell. q. 2. n. 50. post Arvar. de Rob. in l. autor. 41. nu. 2. ff. de usuris, quod iudex non debet appellationem arbitrari frivola, nisi eam, quae notorie apparet inutilis, & calumnia, illamque dici appellationem frivola, quae est manifeste frivola, aliàs

quandiu non apparet manifeste frivola, sed remanet disputandum, an sit frivola, non dicitur frivola, & sic evidenter talis debet constare, ut quando quis appellavit ab electione: dicens electum esse monoculum, cum appareat contrarium; scilicet, duos habere oculos, vel quando appellat, ne quis providus, literatus, aut honestus eligatur; aut quando ultra decem dies appellat, Scaccia ubi proxime, & lib. 1. causa. civil. & crim. c. 97. sub num. 85. ubi alia exempla de appellatione manifeste frivola.

Item appellatio dicitur frivola notorie interposita super inepta petitione; ut puta quando quis in causa reculationis petit, quod eligatur arbitri, ubi eligendi non sunt, juxta ea, quae leguntur, ac notantur in c. si contra unum de off. deleg. lib. 6. quia tunc propterea appellatio interjecta, erit frivola, Oldra. cons. 302. in princ. n. 2. & 9. vel quando is qui appellat, non gravatur, quia eum sententia non tangit Fulgos. cons. 165. n. 2. ubi late, & utrumque casum probat Cardin. Tufchus concl. 397. tom. 1. ubi etiam idem dicit: quando procurator consentit, & in iudicem, & locum principalis Dominus allegat illos suspectos, ut per Ancharanum consil. 158. num. 29. & seqq.

Quibus convenit, quod dicit Phil. Franc. in c. si duo. 61. bus in princ. de appellationib. quod ille qui non gravatur ex sententia, nullo modo auditur appellans, c. non sol. 2. q. 6. c. ut debitus, de appell. secundum Innocent. in d. c. si duobus in prin. ac ideo qui obtinet sententiam pro se, aut qui non est gravatus ex sententia, non potest appellare, nec appellatio devolvit causam, ut tenet Inn. in c. brevi de iurejur. Bart. in l. fin. C. quando provocare est necesse, col. 4. pro quo facit idem text. in l. si servus plurimum, §. si hereditate, ff. de leg. 1. & ibi Bart. in fin. quod dicit notandum Franc. ubi proxime.

Item & isti appellationi, tanquam frivola, non est deferendum, si interponatur ab aliqua admissione articulo, puta, appellationis, aut instrumenti, facta (si & in quantum de jure potest, & c.) quia iudex admittens aliquid (si & in quantum) neminem gravat, ac ideo appellatio non admittitur, ita Imola in l. iudex in fin. ff. de re judic. Natta cons. 32. n. 8. Cardinal. Tufchus ubi proxime d. conc. 397. sit. quando dicatur app. frivola, quoniam hoc casu cum jus sit certum, si de jure non debeat fieri, nec admitti, ita nec admittitur remanet, nec censetur à iudice admitti secundum Ruinum cons. 61. in lite n. 27. lib. 5. Rolandus à Valle cons. 77. viso n. 18. lib. 2. Alciatus 63 cons. 409. n. 3. Pedemont. decis. 5. n. 9. vers. nec obstat clausula. Natta cons. 56. n. 5. lib. 3. Menoch. de recuper. poss. rem. 9. n. 331. & nos alibi diximus latius.

Et his addere potes, quod cum ad probandum non admitatur quis, ad id quo probato non relevat, nec prodesse potest; puta quia res consistit in jure, vel quia confitetur à parte, & similia, l. ad promotionem, C. de probat. & per Cornel. Dymum, & Imolam dicit Rolandus à Valle cons. 47. n. 28. vol. 3. ibi, si ab hac denegata probatione pars appellationem interponat, deferendum tanquam evidenter frivola non est his quae superius dicta sunt, quia nihil haec appellatio prodesse potest, sicuti nec ipsa probatio, quia fieri non debet, quod factum non relevat, l. 2. in fin. ff. si quis in jus vocatus non jerit, l. arbitror. si calendis, ff. de arbitris, multos citat Paris. cons. 100. n. 45. col. 1. Craveta cons. 802. num. 15. Petrus Surd. decis. 360. n. 5.

Et hinc est, quod imputari non debet alicui, ut non fecit, quod factum non profuisset, Bald. in consil. 145. col. 4. vol. 3. Castrensis consil. 73. in fin. vol. 1. Parisius ubi supra n. 94. Craveta cons. 15. num. 16. Beccius cons. 100. n. 10. quia frustratorii actus sunt evitandi, l. hac stipulatione §. divus ff. ut leg. nom. caveatur l. non cogendum, §. Sabinius, ff. de procurat. cap. 2. de probat. l. 1. ff. quod melius causa l. 2. in fin. ff. ad municip. §. quibus in prima constitur. codicil. l. 3. in princ. ff. de iurejur. Lex enim abhorret frustra

frustratorios & superfluos actus, l. unica, C. de thesaurariis d. l. 1. in fi. ff. ad munic. Petrus Surd. ubi supra n. 7. ac ideo dicimus, quod pars quae plenè probavit licite recusat juramentum sibi oblatum, c. 2. ubi Doctores de 67 probatio. Gloss. in l. admonendi ff. de iurejur. Ill. in ejus repetitione n. 29. & n. 266. Alexand. in l. manifeste n. 4. ff. eodem Neviz. cons. 7. n. 6.

68 Ex hac etiam ratione non sunt admittendi articuli impertinentes, nihilque revolantes, cap. cum contingat de officio delegat. Bart. per illum text. in l. si duo §. idem Julianus ubi Ill. n. 13. de just. & jure Card. Paris. cons. 97. nu. 13. volum. 1. & consil. 67. num. 14. volum. 4. Craveta cons. 23. n. 4. & plures in Rota ita fuisse tentum, decisiones referens dicit Flamin. Paris. de resignat. 2. lib. 1. 1. 69. quest. 10. a num. 5. qui dicantur articuli impertinentes, vide Crevetam c. 5. n. 18. Quibus proxima sunt quae optime disputat, & resolvit Perez de Lara de ann. & 70 Capell. lib. 2. cap. 9. a n. 46. usque ad finem: an Patronus teneatur praesentare intra terminum edictorum, cum habeat tempus à jure 4. vel 6. mensium, & quando ad id teneatur, vel quando possit petere eorum prorogationem, alio instante, vel non instante pro probatione, & an sit audiendus petens dictam prorogationem edictorum pro tempore, si à jure praefixo ad praesentandum, interim dum aliquis, quem praetendit praesentare consuleretur, vel ordinetur ordine requisito ad beneficium, vel aliàs expectentur qualitates, puta, aetatis necessariae, sive alteri sit jus quaesitum, vel non, vide per eundem ubi multa.

71 Et quia appellans frustratorie est in dolo, & lata culpa, Bald. in l. tutoris §. tutor ff. de administratione tutorum. Bertachi verbo appellans teneri n. 120. ante fi. ad 72 iudicis officium pertinet, ut illa corrigat, & reformet quae dolo vel malitia sunt à partibus lite pendente, Bald. in l. 3. C. de appellatio. Gregor. Lopez in l. 26. tit. 23. p. 3. gloss. 5. admodum. Mathaeus de Afflictis decis. 352. n. 19. ad fin. iudex enim tenetur calumnios obviare, & 73 exceptiones ad intricandum, & procrastinandum iudicium oppositas etiam ex officio repellere, secundum Innocentium in cap. post electionem de concessione prebendae. cum aliis per Foller. allegatis in practica crimin. in verbo si constiterint in 3. p. 3. parti post n. 50. & per Menoch. de recuper. poss. rem. 15. num. 326. & sequenti, & loquendo in appellatione frustratoria, & frivola, ita dicit etiam Farinac. in tract. crim. 2. tom. quest. 38. n. 25. & facit quod supra circa descriptionem appellationis frivola dictum est, ut tunc cognoscetur quando nullum juris effectum potest sortiri, & sic ad alios similes huic casus poteris inferre, & discurre & applicare, sed haec pro exemplo sufficiunt, cum omnia referre, foret in infinitum progressus.

74 Quibus & illud conveniens non omittamus, quod litterae Apostolicae expeditae super provisione alicujus beneficii, semper continent clausulam (appellatione remota) seu appellatione postposita quae clausula excludit effectum suspensivum appellationis, & excludit ab attentatis c. pastoralis §. praeerea de officio delegat. c. tua nobis in fi. de decimis. Franc. in c. bona n. 36. de appellatio. 75 Quae clausula quando non est appositae praecedente causa cognitione super provisione ipsius beneficii, parum aut nihil operatur, quia intelligitur solummodo, de appellatione frivola, quae excludit per dictam clausulam censetur duntaxat, non autem legitima, & legitime interposita, gloss. verbo ante sententiam, in fi. in c. ut debitus honor §. 3. de appell. Gloss. 2. in c. ex parti 13. de off. delegat. Joan. Selva. de benefic. 3. part. quest. 13. n. 9. Gregor. Lopez in l. 70. gloss. 4. tit. 18. p. 3. Puteus decisio 318. num. 1. lib. 2. Lancelot. Robert. de aeterna 2. p. c. 22. limit. 8. num. 42. 43. & 44. Hieronym. Gonzal. de in fessib. & alter. gloss. 9. in annotat. num. 244. supra, 76 nec dicta clausula (appellatione postposita) aliquid operatur, quando constat de notorio gravamine, De Salgado de Protect. Reg.

cuis consil. 49. num. 2. lib. 1. Ruin. consil. 82. viso num. 1. lib. 5. Puteus decis. 414. num. 2. lib. 3. Lancelot. ubi proxime à num. 28. cum sequentibus, quia dicta clausula semper apponitur in parte executiva literarum & non comprehendit contradicentes de jure, sed solum refertur ad contradicentes de facto, cum generale verum sit quod clausula appositae in parte executiva gratiae, vel cuiuslibet actus nunquam auget gratiam, vel actum, nec tollit subrogationem, clem. 1. in fi. de prebendis, ut late hoc explicat & egregie declarat Hieronym. Gonzal. ubi proxime d. gloss. 9. a nu. 241. usque ad num. 245. ubi late de effectu, & natura hujus clausulae, ad quod etiam videndus est Covarr. & ab eo relati in pract. quest. c. 26. nu. 6. in fi. vers. effectus, Puteus decis. 147. lib. 2. plenissime Lancelot. de aeterna 2. p. c. 12. lim. 8. a princ. & per totam, ubi ponit ad dictam clausulam Regulam cum quinque ampliationibus, & duodecim limitationibus, & pluribus declarationibus, quem videas.

Et aliqua nonnulla circa hanc materiam frivola appellationis, an ei iudex deferens à se abdicet jurisdictionem, ita ut ad ulteriora non queat procedere; vel an inhibito à superiori iudice ad quem emanata, executionem impediatur, & causet attentata de aliis pluribus similibus, vide multa per Lancelot. Robertum, de aeterna 2. p. c. 12. lim. 6. per totam. licet quoad inhibitionem multum ejus resolutioni officiat Concil. Trident. sess. 15. de reform. c. 1. ad fi. ibi (Nec Episcopus, seu ejus Vicarius appellationi hujusmodi, tanquam frivola deferre teneatur, sed ea ac quacumque inhibitione ab appellationis iudice emanata, & c. non obstante ad ulteriora valeat procedere, & c.) quod constat inhibitionem vigore appellationis frivola emanatam non cessare attentata nec impedire executionem permissam alias à jure, juxta c. cum appellationibus frivolis de appellat. lib. 6. de quo nos latius 2. p. c. 10. a n. 80. cum seqq. ubi copiosè videre poteris veram resolutionem.

Unum non dissimulabo, quod tunc appellatio cognoscitur esse frivola quando à parte proposita ab aliqua sententia, seu decreto, & iudex illam aliqua in juris ratione motus tanquam frivola rejectit, & pars huic rejectioni, & facto iudicis non contravenit, ac contradicit appellando sed acquiescit: videtur, & censetur consentire, & cognoscere eam esse frivola, ac ita talis iudicanda est; ita Cardinalis Zabarella cons. 32. per quem ita adnotavit Cardin. Tusc. 1. tom. concl. 397. ante fi. in quando dicatur appell. frivola.

Ultimò notandum posse iudicem à quo excommuni, & care frivola appellatam tanquam contumacem, Abb. Philip. Franc. Card. Alex. & Dec. in cap. sollicitudinem 44. not. 1. num. 1. de appell. Scaccia de appell. quest. 2. nu. 51. in fi. & nos alibi diximus.

Quid autem, ubi alicujus juris & de jure praesumptio adversatur, an hujusmodi condemnatus praesumptione audiatur appellans, & quod ejus appellationi deferendum non sit probatur evidenter, nam qui contra se habet hujusmodi praesumptionem, dicitur convictus & confessus, qui nullo modo regulariter appellat, ut diximus late infra in c. de criminalibus c. 14. & in specie per hanc rationem probat Bald. in l. si hic qui num. 2. per illum text. C. ad l. Jul. de adtre. Alexand. in addit. ad Bart. in l. 2. littera C. in si. C. quorum appell. Marfil. in l. 2. n. 157. C. de rapin. virg. & idem Marfil. in rubr. C. de probat. n. 264. & idem Marfil. in singul. 116. incipit praesumptio jur. & de jure Everar. in contrav. legal. in arg. verborum n. 18. Brun. de indic. & tortur. p. 1. quest. 4. n. 19. in fi. Carrelius in pract. crim. in 1. tract. de appellatio. §. in quibus casibus est n. 1. & seqq. Paul. Castrensis in l. 2. n. 2. in fi. C. quorum appell. Nicell. in tractatu de concor. gloss. concord. 6. fol. 3. num. 21. fol. 121. Farinac. in pract. crim. quest. 101. cap. 2. a num. 124. in meis. tom. 3. Menochius de praesumpt. lib. 1. q. 76. per totum, Carrelius ubi proxime tradit rationem quia hujusmodi praesumptio juris, & de jure non recipit probationem.